



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi**

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Velvti Totidem Ramos  
Distributa

**Illsung, Jakob**

**Dilingæ, 1693**

Meditatio CCLXXV. De similitudine Regni Cælorum cum Fermento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

144 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.*  
talis inhabitatio Cæli præstat umbram contra æstus  
lucis, ac prosperitatis, sive contra *dæmonium meridi-*  
*num.* Pl. 90. v. 6. ut illum æstum fugiamus, & bonum  
terrena contemnamus: præstat contra imbrem  
versitatis præsidium, ut fortiter illam sustineamus  
memores: *Quòd in præsentis est momentaneum, & tribulationis nostræ, supra modum in Sublimitate æternæ*  
*Gloriæ pondus operetur in nobis, non contemplantibus nobis*  
*quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur*  
*temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.*  
Cor. 4. v. 17. Præstat contra tentationes Diaboli  
fugium: ideo David inquit Pl. 118. v. 12. *Inclina vi-*  
*meum ad faciendas Justificationes tuas in æternum prop-*  
*Retributionem.* Denique præstat ad multiplicem bono-  
rum Operum partum commoditatem nidi, *ut sit*  
*excelsus nidus eius.* Habacuc. 2. v. 9.

## MEDITATIO CCLXX

### *De similitudine Regni Cælorum cum Fermento.*

Matth. 13. v. 33. Luc. 13. v. 21.

PUNCTUM I. *Aliam parabolam locutus est eis: Sim-*  
*ile est Regnum Cælorum fermento, quod acceptum*  
*abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est*  
*tum.* Considera, cur Regnum Cælorum Fermento  
comparetur: Fermentum enim, farinæ immixtum  
panem sapidum efficit, elevat, & dilatat: ideo et  
Regnum Cælorum fermento assimilatur, quia  
vitam, quam veluti panem esuriendum Christus  
cuerat apud S. Matth. c. 5. v. 6. sapidum reddit:  
cordis



cordanti enim Gaudiorum Cælestium, nihil est adeò  
 acerbum vel insipidum, quod non cum gustu susci-  
 piatur, vel perficiatur. Præterea Regni Cælorum  
 memoria etiam elevat memoratum Animæ Spiritua-  
 lem panem, dum ad sublimem Justitiam ac Sanctita-  
 tem evehit, & impellit. Unde Christus in Apoc. c.  
 22. v. 11. ad eam altius extollendam sic hortatur: *Qui  
 justus est, justificetur adhuc, & Sanctus sanctificetur adhuc.  
 Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique  
 secundum opera sua.* Denique recordatio Regni Cæ-  
 lorum instar Fermenti panem Justitiæ dilatat ad o-  
 mnis Mandati Divini executionem: ad quam Spe Re-  
 gni Cælestis cor sibi extensum esse fatetur Psalmi-  
 sta Pl. 118. v. 112. *Inclinavi cor meum ad faciendas Justi-  
 ficationes tuas in æternum propter Retributionem.*

PUNCT. II. Considera, prædictos effectus præ-  
 stari à Cælesti illo Fermento, quando anima tua illud  
 abscondit in farinæ satis tribus. Tria farinæ sata,  
 ex quibus panis Justitiæ efficitur, sunt tres Virtutes  
 Theologicæ: in his Regnum Cælorum absconditur,  
 quia nondum videtur, sed obscure creditur; neque  
 actu possidetur, sed obscure creditum speratur, &  
 sic creditum ac speratum etiam amatur ut ultimus  
 Finis per Charitatem Dei in via, qui est ultimus Fi-  
 nis, & nostra Beatitudo objectiva, quæ per Regnum  
 Cælorum principaliter intelligitur. Itaque Regnum  
 Cælorum firmissimè creditum, speratum, & ama-  
 tum, lapidos reddit, intendit, & extendit omnes Vir-  
 tutum & Justitiæ actus. Absconde ergo illud in farinæ  
 satis tribus per frequens Fidei, Spei, & Charitatis  
 exercitium. Possunt etiam per tria sata intelligi tres  
 spirituales potentie Animæ, dum Anima Regnum  
 Cælorum



Cælorum abscondit in Memoria per continuam recordationem, in Intellectu per summam æstimationem, & in Voluntate per ardens desiderium, Spes & Amorem.

PUNCT. III. Considera, Fermentum Regni Cælorum tamdiu in farinæ satis abscondendum esse, donec undiq; se diffuderit, nempe ad omnes actus iustitiæ per totam vitam: semper enim dicto modo ad illos actus impellere nos debemus, dicendo cum Regio Vate: *Credo videre Bona Domini in Terra Viventium* Pl. 26. Et cum Job. c. 19. *Scio, quod Redemptor meus vit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & circumdabor pelle mea: & in carne mea videbo DEUM Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur, & non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo.*

## MEDITATIO CCLXXV

### *De similitudine Regni Cælorum cum Thesauro.*

Matth. 13. v. 44.

PUNCTUM I. *Simile est Regnum Cælorum Thesauro abscondito in agro.* Matth. 13. v. 44. Perpende, quomodo verè Regnum Cælorum Thesauro comparetur: consistit enim Regnum Cælorum potissimum consistat in possessione Beatitudinis objectivæ; hæc autem sit Deus ipse, qui est Bonum infinitum, unice & perfectissimum, trans Intellectum, & Voluntatem, eoque obtinenda ponatur homo in Statu, omnium bonorum aggregato.